



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

2. An. tab. haec sit certè catholic.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

Græcorum. Dominus Idbuzad Presbyter, & Archiepiscopus Cumdamque regni est ciuitas, Mili filius (cui apud Deum pax) Belehh Presbyteri in urbe Tahirstan, hanc tabulam posuit, in qua legitur descriptio Redemptoris nostri administratio, & Patrum nostrorum prædicatio, qui post Reges Sinarum vixerunt] sequuntur aliorum Archipræsulum duorum nomina; vnius Archidiaconi; & Sacerdotum complurium, Syrorum, Æthiopum, & ex Prouinciis Ægypti variis. Dilicitem verò Chronologum Syrorum, quod annis discrepat à Sinensi decem & trecentis, numerandi regula efficit non error. Sinarum annos à Christi ortu computamus; Syri cum Græcis à morte Alexandri, quæ Christum annis decem & trecentis præcessit; annus itaque mortui Alexantri tertius decimus in Christi primum cadens illam tollit trecentorum & decem intercapedinom annorum quam Syriacus inducit textus.

2.

Oprandum hic foret, possimque utram, in lucem eruere, cuius tam An. tab. hæc immanni potentia factum sit ut florent Sinarum imperio Christianitatis, superstes vestigium nusquam relictum sit præter hoc tot sæculis serum, & fortuitum marmor; totusque ille annorum centum quinquaginta religionis Christianæ flos, & splendor sic evanuerit, vt nec liquido satis coniiciatur extitisse, nisi lapidis indicio. Et si letis hic planè Sitatum Chronicon, fide alioqui, & diligentia celebre, nec in Regibus Sinarum quos censet tabula, villam facit Christianismi suscepti mentionem. Scripsit sanè ex Sinis non nemo, illorum historias de omnibus agere, quæ inscriptio tabula repræsentat, sed certè clavis videtur oculis non item legerit, quod negant nostri potuisse legendō se deprehendere. Ac ne statui quidem potest citra villam dubitationem, fueritne is qui tunc viguit Christianismi flos, à scætore purus errorum Orientalem; & scæta Nestorianorum quam in Cambalu sua Marcus Polus inuenit, an miserum quoddam extiterit ceterarum Ecclesiarum postruinam & dislocationem analectum. Nec suspitionem eluit, probatae doctrinæ inscriptio, cùm nihil habeat de duabus in unam personam naturis, solumque nominet Virginem, non vero etiam contra Nestorium, Dei Matrem; ac nisi quos nominat Syriaca scriptio Alexandria forent quam Constantinopoli propriae, male is quicumque fuerit audiret Hanan Iesua Patriarcha vniuersalis, quem in Ioanne honoris titulum, Gregorius Magnus tantoperè reprehendit, paulò ante quam Sinis Olopuen Euangeliū inferret. Sed detur quod licet conjecturis, ubi firmius aliquid non occurrit; sequamur nunc Patres in eandem Prouinciam Scensiensem, & annos simul duos 25. & 26. una opera complectamur,

3.

quando implicitor inter se rerum nexus, non finit illos inuicem sciungi. De statione nostrorum Pechinensi, dici iure potest quicquid alibi metebatur, foisse illic satum, ob illum quem olim narravi immunerabilem vnde in aulam Magistratum concursum, qui nostrorum imbuti sermonibus Christianismum plurimi probabant, & admirabantur; interdum aliqui admittebant; in omnes ferè patrias, seu Prouincias reuersi

Propagatio  
fidei præci-  
pue ex regia  
Pechinensi.